

COLLOQVIVM TERTIVM

Puella dormit. Quae est puella quae dormit? Puella _____ dormit est Iulia, filia Aemiliae. Ancilla cantat: "Lalla." Quae est ancilla quae cantat? Ancilla quae cantat est Delia. Cur Delia cantat? Delia cantat _____ laeta est. Syra Deli_____ audit. Syra et Delia sunt ancill_____ Aemiliae.

1. Syra: "St, Delia! Puella mea dormit. "
2. Delia: "Puella tua? Quae est puella _____?"
3. Syra: "Est Iulia."
4. Delia: "Iulia non est tua puella, Iulia puella Aemiliae est."
5. Syra: "Iulia est filia Aemili_____ - et mea quoque puella est."
6. Delia: "Lalla, lalla." Ancilla laeta cantat.
7. Syra: "Ssst! Iulia te audit." Syra irata est.
8. Delia: "Hahahae! Iulia me non aud____, quia dorm____. Lalla, lalla, lalla !" Delia rid____ et cant_____.

Iulia Deliam audit. Iam non dormit puella. Venit Aemilia, domina Deli____. Delia iam non cantat neque ridet, quia dominam videt. Aemilia, quae suam fili_____ non videt, Syram interrogat: "Ubi est Iulia, Syra?" Delia respondet: "Filia tua non hic est, domina. "

9. Syra: "Domina non te, sed _____ interrogat."

Aemilia interrogat Syram: "Cur filia mea hic non est?"

- 1) _____
- 2) _____
- 3) _____
- 4) _____
- 5) _____
- 6) _____
- 7) _____
- 8) _____

- 9) _____
-

10. Syra: "Iulia _____ non est, quia dormit."

Iulia, quae iam non dormit, Syram vocat: "Syra!" Syra Iuli _____ non audit, sed Aemilia eam audit.

11. Aemilia: "Iulia non dormit; te vocat."

Syra interrogat: "Quem Iulia vocat?" Aemilia respondet: "Te." Iulia Aemiliam vocat: "Mamma ! Mam-ma!" Iam Syra Iuli _____ audit.

12. Syra: "Iulia non me, sed _____ vocat, domina."

Iulia venit et Aemiliam interrogat : "Cur Syra non venit?"

13. Aemilia: "Non venit, quia te non audit. "

14. Syra: "O, hic est mea Iulia puella."

15. Aemilia: "Mea puella est Iulia, non tua. Sed _____ non dormit?"

Non Syra, sed Iulia respond _____: "Quia ancilla cantat et ridet." Aemilia irata Syram interrogat: "Quae est ancilla improba quae cantat et rid _____?" Syra non respondet. Cur non respondet Syra? Non respondet, quia dominam videt iratam. Syra ancilla proba est.

16. Iulia: "Iam non cantat ancilla neque ridet."

17. Aemilia: "Neque iam dormit mea puella! "

10) _____

11) _____

12) _____

13) _____

14) _____

15) _____

16) _____

17) _____